UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 424. De Immedi traditione familiæ in Meynmodeshus intra pagum Itergowe.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Visual Library

§. 424.

Tradidit immed pro halui proximo ſuo in *meynmodeſhuſ* (g) I familiam.

§. 425.

Tradidit thiadolfuſ pro ſe et fratre ſuo bernhardo I familiam et I manſum in *holtuſ* et in *lindduri* (h)

et tradidit aſic comeſ pro fratre ſuo luidhario II familiaſ et I manſum in *eccanhuſ* (i)

tradidit thiadricuſ comeſ pro ſe coniuge ſua et liberiſ I manſum et II familiaſ in *lauingi* (i).

§. 426.

(g) Villa *Meynmodeshus* tribuitur ab abbate Sarachone in R. B. et P. A. C. *pago Enterigawi*, quem in comitatu Hoiano ad Viſurgim et porro Mindam vſque quondam exſtitiſſe, iam ſupra diximus. Quinam vero vicus an *Mellinghuſen* ſeu *Millinhuſen* ſub præfectura Siedenburg, vel *Maieſen* ſub præfectura Hoia, vel *Maeſen* ſub præfectura Siedenburg, vel *Maleringhuſen*, vel *Meininghuſen* ſub præfectura Alten-Bruchhauſen deſignetur, definire nondum audemus. Illud interim nobis probabile videtur, *Immedum*, qui in hac villa bona ſua tradidit, ad Widikindeam gentem, quæ eadem in regione bona poſſedit hereditaria, ſpectaſſe. Fortaſſe is erat pater Meinwerci, epiſcopi Paderbornenſis, *Immedus*. Quem niſi credas ſubeſſe, eius, qui bona tradidit, Immedi genealogicam copulam cum ſtirpe Widikindea monſtrare perquam erit difficile. Quis *Halui* eius proximus fuerit, latet.

De villa Meynmodeshus in pago Enterigawi.

(h) *Holthus* et *Lindduri* villæ erant, eodem Sarachone teſte, *in pago Agrotingun*. Deſignari vicos, *Holthuſen* in comitatu Lingenſi, et *Linderen* in inferiori epiſcopatu Monaſterienſi, ſtatuimus. Cum autem eadem in regione comites Tecklenburgici bona ſua hereditaria habuerint, *Thiadolfum* et *Bernhardum* ad progenitores comitum Tecklenburgicorum et Lingenſium retulimus §. 104. not. (n).

De villis Holthus et Lindduri in pago Agrotingun.

(i) Villas *Eccanhus* et *Lauingi* exſtitiſſe *in pago Derlingo*, docuit nos Saracho abbas l. c. *Lauingi* villa procul dubio eſt locus *Lauingen* intra præfecturam Königslutter in Principatu Wolferbuttelano. Quænam autem ſit villa *Eccanhuſia*, in diſceptationem venit. In cenſum veniunt villæ haud vnæ, vel vicus *Eicen* iter dimidiæ horæ

De villis Eccanhus et Lauingi in pago Derlingo.